



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

§. I. Conclusio negativa statuitur, & autoritate D. Thomæ, ac duplici
ratione firmatur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

assumerent, non essent unus homo simpliciter, sed tantum secundum quid, ait enim: Non enim posset argui ex hoc quod tres personae sunt unus homo, quod essent unus simpliciter, nihil enim prohibet dicere quod homines qui sunt plures simpliciter, sint unus quantum ad aliquid, puta unus populus. Ergo S. Doctor vult in eo casu tres personas divinas esse simpliciter plures homines, & unum tantum secundum quid.

112. Respondeo negando quod S. Doctor hoc loco doceat, tres personas divinas eandem humanitatem assumentes, non esse unum hominem simpliciter; ipse enim non dixit quod in eo casu tres personae divinae non sint unus homo simpliciter, sed solum quod non essent unus simpliciter; quae sunt valde diversa; nam ad primum sufficit unitas in natura humana, ad secundum vero requiritur unitas personalis; Unde tres personae divinae sunt simpliciter unus Deus, & tamen non sunt unus simpliciter in genere masculino, sed solum unum naturaliter; quia primum denotat unitatem personalem, secundum autem unitatem in natura, ut docet S. Thomas 1. part. qu. 31. art. 2. ad 4.

ARTICULUS VI.

An persona creata, de potentia Dei absoluta, possit terminare naturam alienam?

113. Certissimum est apud omnes Theologos, nullam personam creatam, nec creabilem, posse naturaliter, sive virtute propria, alienam terminare naturam: Tum quia substantia seu personalitas creata, limitatur, finitur & determinatur a propria natura, tanquam a sua potentia. Tum etiam quia cum suppositum creatum non possit virtute naturali operari aliquid miraculi, mysterium Incarnationis non fuisset opus miraculosum, si persona creata posset naturaliter, sive virtute propria, alienam naturam terminare. Difficultas itaque solum est, num supernaturaliter, sive virtute divina, possit natura creata, vel creabilis, naturam aliam praeter propriam terminare?
114. Partem affirmativam docent Scotus, Nominales, Granadus, Beccanus, Theophilus Raynaudus, & alii ex Recentioribus. Valentia vero distinguens inter personam creatam & creabilem, fatetur quidem id personae creatae, etiam supernaturaliter, esse impossibile, non tamen personae creabilis; posset enim in eius doctrina produci aliqua tanta perfectionis & virtutis in terminando, ut etiam naturam alienam posset terminare. Contra hos Autores stant ex adverso communiter Thomistae, cum suo Praeceptore, hic art. 1. ad 2. quem sequuntur Vazquez, Suarez, Delugo, & alii Recentiores.

S. I.

Conclusio negativa statuitur, & autoritate D. Thomae, ac duplici ratione firmatur.

115. Dico igitur: Non potest, etiam supernaturaliter, sive de potentia Dei absoluta, persona creata, vel creabilis, alienam terminare naturam. Probatur primo ex D. Thoma loco mox citato, ubi sic habet: Hoc autem est proprium divinae personae, propter eius infinitatem, ut fiat in ea concursus naturarum, non quidem accidentaliter, sed secundum substantiam.

116. Respondet Granadus, D. Thomam solum vel-

le quod persona creata non possit contraturaliter, sicut divina, terminare alienam naturam, cum quo statim posse supernaturaliter.

Sed contra primo: id quod taliter uni convenit, quod nulli alteri possit ullâ ratione competere, cum maiori proprietate dicitur proprium, quam si possit aliis competere, quâvis non contraturaliter: Sed nihil est quod nos cogat ut verba D. Thomae cum minori proprietate usurpemus, cum nullibi oppositum insinuerit. Ergo asserendum est, Angelicum Doctorem sensisse taliter esse divinam personam proprium alienam terminare naturam, ut nulli personae creatae possit ullo modo competere.

Secundo, Impossibile est personam creatam terminare alienam naturam, & hoc non praeter contraturaliter, ut ex infra dicendis constabit. Ergo si juxta D. Thomam, terminatio alienae naturae, ut conveniens contraturaliter, est ita divinam personam propria, ut nequeat personae creatae competere, erit absolute divinam personam ita propria, ut nullâ ratione possit persona creata alienam terminare naturam.

Plures etiam in favorem nostrae conclusionis adduci solent rationes ab Authoribus, Suarez hic disp. 13. sect. 4. illâ probat ex eo quod substantia est modus naturae propriae; Sed implicat modum unius rei medicare aliam, implicat enim in federe per sessionem alterius esse praesentem loco, per modalem alterius praesentiam; vigam esse rectam, per alterius rectitudinem; & unum accidens inherere, per alterius inhaerentiam. Ergo etiam implicat substantiam creatam, alienam terminare naturam.

Sed haec ratio non est efficax, nam quod personalitas non sit modus, sed entitas realis, realiter a natura distincta, est sententia in via D. Thomae probabilis, quam tenet Cajetanus quasi sequenti art. 2. & cum illo plures Theologi. Ergo quod personalitas creata nequeat de potentia absoluta alienam terminare naturam (quod communiter censetur Angelicum Doctorem tenuisse) non est opposita sententiae alligandum, nec ex eo probandum, quod personalitas creata modus sit, & non entitas realis, realiter a natura distincta.

Aliter ergo probanda est conclusio, nimirum ratione quam insinuat S. Doctor verbis supra relatis, quibus asserit personam creatam non posse terminare alienam naturam, quia non est infinita. Unde sic arguo: Substantia terminans plures naturas, debet esse infinita; Sed implicat substantiam creatam esse infinitam; Ergo & plures terminare naturas. Minor patet, tum quia omne creatum, finitum est. Tum etiam, quia substantia creata limitatur ab illa natura, cuius est complementum & terminus. Major vero in qua est difficultas probatur primo. Substantia terminans plures naturas, supplet vices substantiarum quae sunt propriae illis naturis, tales enim naturae redduntur incommunicabiles, sicut reddidissent substantiae propriae: Sed non potest supplere vices talium substantiarum, nisi sit infinita; Ergo substantia terminans plures naturas, debet esse infinita. Major patet, Minor probatur. Substantia terminans plures naturas, non potest supplere vices substantiarum quae sunt propriae illis naturis, nisi contineat illas secundum proprias & distinctas earum rationes, eminentius formaliter, id est seclusis imperfectionibus: Sed non potest hoc modo illas continere, nisi sit infinita; Ergo &c. Minor probatur: Non potest

123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

præstaret per virtutem naturalem, sed duntaxat per potentiam obedientialem, propterea infinita non esset.

Sed neutra solutio satisfacit, prima enim confutata manet ex supra dictis, nam ut supra dicebamus, ut una persona in alterius natura subsistat, requiritur continentia eminentialis subsistentiæ propriæ illius naturæ quam terminat. Sed subsistentia ordinis superioris non potest eminenter continere infinitas subsistentias etiam ordinis inferioris, sicut natura superioris ordinis, esse in perfectione excedat infinitas naturas ordinis inferioris; illas tamen eminenter non continet, effectivâ, nec formali continentia. Ergo persona creata, quamvis superioris ordinis, si infinita non sit, non potest in infinitis naturis, etiam ordinis inferioris, subsistere.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Quamvis natura angelica sit superioris ordinis respectu naturæ humanæ, illam tamen non continet continentia eminentialis formali, ita ut illius effectum formalem seipsa præstare possit: Ergo quamvis subsistentia Angeli sit superioris ordinis ad humanam subsistentiam, non tamen continet illam continentia eminentialis formali, nec potest præstare illius effectum formalem, nec per consequens complere & terminare naturam humanam.

Secunda etiam solutio facile potest refelli, nam forma effectum quem præstat in genere causæ formalis, non potest causare per potentiam obedientialem, sed solum per sibi innatam & naturalem virtutem: At terminare & sustentare naturam, provenit à personalitate in genere causæ, vel quasi causæ formalis: Ergo non potest talem effectum præstare per potentiam obedientialem, sed solum ratione potentiae & virtutis naturalis, ut magis patebit ex dicendis probatione sequenti.

Probat ergo tertio Majori principalis: Quod personalitas non potest connaturaliter & de potentia ordinaria præstare, non potest etiam facere de potentia absoluta: At nulla personalitas quæ non sit infinita, potest connaturaliter & de potentia ordinaria, terminare alienam naturam: Ergo nec de absoluta. Minor est evidens, nam qualibet personalitas connaturaliter est determinata ad terminandam propriam naturam ad quam consequitur. Major autem probatur ex principio generali in Philosophia traditio, quo dicitur hanc esse differentiam inter causam materialem & formalem, maxime substantialem, qualis est subsistentia, & causam efficientem, quod hæc potest elevari ad producendum effectum supernaturalem, vel principaliter, si continetur intra obiectum ejus specificativum, & sic tantum extra proportionatum, vel instrumentaliter, si sit extra obiectum specificativum, cum tamen non possit illum producere naturaliter, & secundum proportionem virtutem; causa autem materialis & formalis maxime substantialis, non potest sic elevari, unde propterea in illis non habet locum distinctio potentiae ordinariæ & extraordinariæ, seu naturalis & obedientialis. Et ratio est, quia ut causa formalis (substantialis, v.g. subsistentia, terminaret naturam quam non potest connaturaliter terminare, deberet necessarium recipere aliquam virtutem quæ augeretur & elevaretur virtus terminativa naturalis: hoc autem est impossibile, quia illa virtus elevans, non potest esse virtus accidentalis (hæc enim est incapax elevandi ad substantialem terminandum naturam) nec etiam

R e r 3 sub-

substantialis, quia virtus substantialis reddens A
personalitatem naturalem capacem terminandi
alienam naturam, esset vera subsistentia, utpote
supernaturalis participatio subsistentiæ divinæ,
cui soli naturale est posse terminare alienam natu-
ram, & sic non una tantum sed duplex esset
subsistentia in eadem persona creata, quod im-
plicat; & destrueretur hypothesis huius quæstio-
nis, quæ quæritur an unica subsistentia creata
plures natures terminare possit.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio:
127. Si in terminatione subsistentiæ haberet locum
distinctio potentiæ ordinariæ & extraordinariæ,
naturalis & obediens, seu causa principalis
& instrumentalis; vel subsistentia terminando a-
lienam naturam de potentia Dei absoluta, hoc
præstaret ut causa principalis, vel ut instrumen-
talis à Deo elevata? Non hoc secundum, quia sic
foret necessarium quod Deus ipse ut causa prin-
cipalis, concurreret ad hanc eandem termina-
tionem, hypostaticè informando ut causa prin-
cipalis illam eandem naturam, cum effectus & cau-
salitas causa instrumentalis converjat etiam
principali. Neque etiam primum, quia ut causa
principalis non potest subsistentia elevari extra
suum specificativum: sic autem est quod specifi-
cativum subsistentiæ angelicæ v. g. est natura an-
gelica: Ergo non poterit subsistentia Angeli e-
levari ad terminandum in genere causæ principa-
lis naturam humanam.

128. Aliter probat Cipullus Majorem principalem,
quæ asserit quod sola personalitas infinita potest
alienam terminare naturam. Sic enim arguit hic
art. 1. dubio unico num. 11. Sola personalitas per
se subsistens potest alienam terminare naturam:
Sed personalitas per se subsistens, hoc est nulli
alteri inhærens, necessariò est infinita: Ergo sola
personalitas infinita alienam valet terminare natu-
ram. Minorem ut certam supponit, Majorem
verò sic ostendit. Personalitas omnis quæ non est
per se subsistens, est entitas incompleta & moda-
lis: Sed eo ipso quod sit entitas modalis, non pos-
test communicari rei distinctæ ab illa cuius est
modus, ut patet variis exemplis supra ex Suarez
adductis: Ergo sola personalitas per se subsistens
potest alienæ uniri naturæ, illamque terminare &
subsistentem reddere.

129. Sed hic discursus non urget, quia nititur sen-
tentiæ quæ asserit personalitatem creatam, seu
per se non subsistentem, in modali entitate con-
sistere: hæc verò sententiæ, licet probabilis sit,
non est tamen certa, nec à Theologis unanimi-
ter recepta, sed à Cajetano & pluribus aliis Tho-
mistis rejicitur. Unde huic rationi, ut præcipuè
& fundamentaliter, immeritò Cipullus confidit, o-
mnibus aliis rejectis & confutatis.

130. Ex dictis inferes contra Valentiam, non so-
lum personam creatam, sed nec etiam creabilem,
posse alienam terminare naturam: nam persona
cujus propria personalitas non sit infinita, non
potest alienam naturam terminare, ut multis o-
stendimus: At nec persona creata, nec creabilis,
potest habere subsistentiam & personalitatem in-
finitam: Ergo nec persona creata, nec
creabilis, potest alienam terminare
naturam.

Contra nostram conclusionem, & rationem
fundamentalem illius, à D. Thoma infinita-
tæ sub hac forma proponi possunt instantiæ,
quæ sub hac forma proponi possunt. Terminatio
naturæ alienæ infinitatem in persona terminante
non exigit: Ergo male ex isto capite negatur
possibilis personalitati creata. Consequentia pa-
tet, Antecedens probatur primò. Divina perso-
nalitas, prout ab essentia distincta, infinita non
est, & tamen terminat plures natures de facto, &
infinitas potest terminare: Ergo terminatio a-
lienæ naturæ infinitatem in personalitate termina-
te non exigit. Cōsequentiā manifesta videtur, An-
tecedens verò sic ostenditur. Si personalitas ra-
tione sui, prout ab essentia distinguitur, esset in-
finita formaliter, sequeretur aliquam infinitatem
convenire Patri, quæ Filio non conveniret, &
converso; nam Patri conveniret infinitas pater-
nitatis, quæ Filio non conveniret; & Filio infinitas
filiationis, quæ non conveniret Patri: Sed hoc dici
nequit, aliàs Patet infinitus in omni linea non es-
set, nec Filius similiter: Ergo personalitas ratio-
ne sui, prout ab essentia distinguitur, infinitatem
non dicit.

Secundò principale Antecedens suadetur: Ter-
minatio alienæ naturæ non est effectus infinitus:
Ergo non petit infinitatem in forma illum po-
tente præstare.

Tertiò, Sufientatio alieni & extranei acciden-
tis, non petit infinitatem in subiecto sustentante:
anima enim gratiam sustentat, quæ accidens a-
lium est, non connaturale: potest etiam sub-
stantia creata recipere & sustentare nedum con-
naturalia & sibi propria accidentia, sed etiam il-
la quæ sibi propria non sunt, & alteri subiecto
debentur: Ergo pariter terminatio aut sustentatio
alienæ naturæ, infinitatem non arguit in per-
sona terminante.

Quarto, Terminatio alienæ naturæ non petit
quod personalitas terminans contineat in se &
minenter personalitatem propriam naturæ quam
terminat: Ergo non petit infinitatem in illa. Con-
sequentiā patet ex dictis paragrapho præceden-
ti, Antecedens verò probatur. Persona alienam
naturam terminans, non præstat eundem effec-
tum quem illi personalitas propria præstaret:
Ergo non requiritur quod persona alienam na-
turam terminans, illius personalitatem eminenter
contineat. Consequentia manifesta est, nam
continentia eminentialis formæ, solum requiritur
ad præstandum illius effectum formalem. An-
tecedens autem ostenditur primò. Ex personalita-
te aliena, & natura terminata, diversè refultaret
persona ab illa quæ refultaret ex eadem natura &
propria personalitate: Sed effectus personalitatis
est persona: Ergo personalitas alienam naturam
terminans, non præstat effectum formalem per-
sonalitatis propriæ. Secundò probatur: Persona-
litas divina unita humanæ naturæ, constituit per-
sonam increatam, propria autem personalitas per-
sonam creatam constitueret: Ergo divina per-
sonalitas terminans humanitatem, non præstat
effectum formalem personalitatis propriæ, &
consequenter personalitas creata terminans a-
lienam naturam, non præstaret effectum formalem
à propria personalitate præstandum.

Deniq; Sol continet eminenter effectus causæ
rum